



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 304 - 306. De iugeribus et familiis traditis in villis Steynhem,  
Thiadwinighthorpe, Efereshus et Thologon in pagis Logne, Almunga,  
Huetigo et Sudergo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno  
890 usque  
900 re-  
gnante  
Arnolfo

§. 304.

Tradidit folchardus pro filio suo folchardo unam familiam in *steyn-*  
*bem* (D) et XXXX iugera.

§. 305.

Tradidit herdeg pro proximo suo hangbert unam familiam in *thiad-*  
*uinigthorpe* (E) et XXXX iugera et in *hrorleueffen* (F) et in *efereshus*  
unum mansum et XXX iugera.

§. 306.

Tradidit borchard duas familias in *thologon* (G) pro se et pro uxore  
sua iugera LX.

§. 307.

De villa  
Steyn-  
hem in  
 pago  
Logne.

(D) Villa *Steynhem* fuit, nostro Registro testante, sita in pago *Logne*, qui reperieba-  
tur in principatu Göttingensi. Intelligimus ergo, designari *Stein* locum inter  
Nörthen et Göttingam oppida ad flumen dictum die *Leine*, vbi quondam mona-  
sterium in honorem Deipare virginis pro monachis ord. S. Benedicti fuit ex-  
structum. Cumque post annum MCVIII. nullum vestigium deprehendamus,  
abbatiam Corbeientem in eodem loco *Steynhem* bona possedisse, probabile redditur,  
abbatem Corbeientem bona sua in eodem loco monachis in *Steina*, vrpote  
fratribus, tradidisse. Interim negare non liber, *Folchardum* inter progenitores  
comitum de Lutterberg esse referendum, vt et supra fecimus, a quibus, vel si  
maius, a Northeimenibus, inter quos, vt inter Plessefes, nomen *Godecalc*  
scipius fuit reperitum, et nobiles domini de Plesse probabiliter originem habuere.  
de quibus in *Clientela Corbeienti* pluribus.

De villa  
Thiad-  
winig-  
thorpe  
in pago  
Almun-  
ga.

(E) *Thiadwinigthorpe* villam fuisse, in pago *Almunga* sitam, docet nos abbas noster  
Saracho, quem pagum existit in episcopatu Paderbornensi didicimus supra.  
Villa autem *Thiadwinigthorpe*, hodie desolata, probabilissime eadem est, quæ in  
litteris quibusdam appellatur *Tiudorpe* et *Tudorpe*, olim ad dynastiam Wevels-  
burg intra diœcesin Paderbornensem relata.

De villa  
Hrorle-  
ueffen et  
Eferes-  
hus  
in pago  
Huueti-  
go.

(F) *Hrorleueffen* et *Efereshus* tribuuntur a Sarachone abbate pago *Huetigo*, quem  
olim in comitatibus Sualenbergico et Pyrmontano fuisse, saepissime et ad nau-  
sam usque inculcauimus. *Hrorleueffen* itaque procul dubio est *Rolleffen*, olim ad  
castrum Stoppelberg pertinens, castrum, quod quondam existit inter Endorp  
et Ruenfieck (non Rudenfieck, vt volunt *Origin. Pyrmont.* p. 36) in comitatu  
Sualenbergico, cuius ruderæ ego ipse anno 1723 mense Decembri inspexi. Ad  
illud olim quoque spectarunt Grevenborg, Oldenborg, Scheverlingen, Hagg-  
dorn, Bredenhop (non Bruhenhop), Summerfellen, Brakelsieck, Tienhufen  
atque *Eversen*. Hic ultimus vicus procul dubio nostra villa *Efereshus* est. Ar-  
cem *Stoppelbergam* cum omnibus ad eam pertinentibus bonis vendidisse anno  
1350 Agnetem, viduam Borchardi comitis de Sualenberg, episcopo Paderbor-  
nensti, perhibet Nicolaus Schatenius in *Annal. Paderb.* P. II. p. 324; quo au-  
tem iure, id dicemus in *Clientela Corbeienti*. Illud interim commemorandum  
erit, nos optimo iure *Herdegum* inter progenitores Sualenbergensem comitum  
retulisse. Tam enim in pago *Almunga*, quam in pago *Huetigo*, in quibus Sua-  
lenbergenses bona sua hereditaria habuerunt, bona hereditaria possedit. Quis  
vero fuerit *Hangbert*, an sofer vel sororius eius, id mihi prorsus est incom-  
pertum.

De villa  
Tholo-  
gon in  
 pago Su-  
dergo.

(G) *Thologon* villa collocatur ab abbatte nostro Sarachone in pago *Sudergo*, quem circa  
metropolim episcopatus Monasteriensis fuisse, iam supra diximus. Putamus igit-  
tur, intelligi locum *Telge* haud procul ab urbe Monasterio, situm. Atque ex eo  
coniectamus, *Borchardum* nostrum fuisse filium vel consanguineum comitis *Bur-  
chardi*, cuius comitatus erat anno 865 in pago Dreini ad Luppiam, testante di-  
plomate